









Scripta publica Vitae. 1768

1. Base, Ad J.: *differentia* 1768
2. Stiller, J. F.: *de cautionibus* 1770
- 3/4. Tempel, J. C.: *monumenta* 1781/2
5. Boehm, G. R.: *Species* 1788
- 6/12. " " *de plantis 1.2.* 1789/90
" *Dispositio* "
- Leonhardi, J. S.: *Commentatio* 1790
- Pozewitz, J. F. S.: *Semiotica* "
11. Nurnberger, C. F.: *apoplexia* "
- " *Sursumspurum* "
- " *criteria* "
14. " " *de militibus* 1793
- 15-17. Schlaun, J. F.: *Observationum p. 2-4.* 1796-98
18. Titius, P. K.: *Interpretatio* 1797
- 19-21. Schlaun, J. F.: *Sylloges p. 1.2.3.* 1799-
22. Kreysig, F. L.: *Observationes* 1801
22. " *peri pneumonia* "
- 23-4. Ermel, J. S.: *Acta (Monumenta)* 1800/01

Scripta publica Lipsiensia 1622-1799

25. Hennmann, Z.: *Eudynamopedia* 1622
26. Calovius, A.: *loci* 1670
27. De Rom. *ecclesia 2.* 1768
28. Schaffenburg, J. G.: *de consensu* 1780
- 29-36. Erasmus: *Autographa 20, 21, 23, 25-29.*
1795-99

Scripta publ. varianum Academiarum.

36. Stahl, D.: *Positiones.* Trag. 1619
36. " *Duodenarius* 1620
37. Neander, Ig.: *Tragazzidua* 1621
38. " Chr.: *Progr.* 1622
39. Catalogus praelectionum. Hal. 1769
40. Mejer, Gotth.: *labium* Hamb. 1697



Inv VI 216

(1)

DE
P L A N T I S
S E G E T I I N F E S T I S
P A R S I. G E N E R A L I S

Q V A M
P R A E S I D E
D. GEORGIO RVDOLPHO BOEHMERO

THERAPIAE PROF. PVBL. ORD. ACADEMIAE SENIORE
PHYS. PROVINC. SOC. OEC. LIPS. SODAL.
ET H. T. ORD. SVI DECANO

P R O G R A D V D O C T O R I S
DIE III. MENS. FEBRVARII MDCCCLXXXIX
H. L. Q. C.

F V B L I C E D E F E N D E T
E P H R A I M · G O D O F R E D V S F E I S T E L
A V A - H E R M V N D V R V S
M E D I C I N A E C A N D I D A T V S.

W I T T E B E R G A E
LITERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.

P L A N T I S
S E C T I O N E R

PRÆ - GERMANIA

D G E O R G I O A D O L P H I O S O C H U M B O

THEATRUM TERRÆ ET AQUÆ S A C R I M I N A E

HISTORIÆ R E V E R S I O N E S C O M P E D I O P

P L A N T I S A M B I C O M P E D I O

S E C T I O N E R

E D I T I O N E R

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A

M E D I C I N A T R I C A M E D I C I N A



§. I.

Omne, quicquid etiam in prima Creatione productum fuerit, Ipsius Sapientissimi et Omnipotentis Auctoris effato valde bonum, immo optimum, hinc nec animal vllum, nec vegetabile vllum malum erat, siue noxium. Neque post Adami lapsum antea creata in deterius mutata, neque alia per se nocua de nouo creata fuerunt. Licet enim Devs, dum Adamo maledictionem, atque aerumnas vitamque laboriosam denunciauerat, simul Genes. III. dixisset: maledicta sit Terra, Spinas et Tribulos germinabit Tibi, et in Parabola Matth. XIII. Zizania tanquam semina mala commemorasset, inde tamen non colligendum, haec vegetabilia aliam partim atque malignam indolem accepisse, partim eadem ac eorum semina antea non exstitisse, sed nunc demum enata fuisse,^{a)} potius existimandum, a principio mundi parciori in copia adfuisse

Car-

a) An praeter ea vegetabilia, quae Summas Creator in primis rerum initiiis omnipotenti suo verbo existere iussit, alia per series temporum exorta sint, aut etiamnum exoriantur, multum quidem inter Physicos dis-

putatum

A



Carduos, aliasque eiusmodi spinis suis aculeisque hominibus molestas plantas, eas autem propter maledictionem terrae postea insigniter auctas fuisse, et propterea, copia scilicet, non mutata indole, Adamo, dum Ipse terram colere debuisset, multifaria incommoda, summasque et in satione, et collectione frugum molestias attulisse, nullam autem e contrario vtilitatem Ipsi attulisse.^{b)} Idem certe de Zizania assumendum erit. Est haec quidem vox ambigua, atque inter se non conueniunt sacri Codicis Commentatores et Interpretes, an vna modo, an plures et quaenam subintelligi debeant plantae, certo certius tamen admitt-

putatum fuit; cum vero nunc constet, eadem non nisi ex semine ori posse, negatiuam fere omnes assumferunt sententiam, et varietates modo nouas produci, concesserunt. Conf. in primis I. G. GMELINI Sermo de novorum vegetabilium post creationem diuinam exortu Tub. 1749 edit et CAR. LINNAEI Diss. Metamorphoses plantarum, in Eius Amoenit. Acad. Vol. IV. p. 368.

^{b)} De nominibus stirpium, in Sacris Litteris memoratis, Spinis et Tribulis praecipue, singularem explicationem proposuit Medicus Cel. J. I. BAIE-RVS, existimans: priori vocabulo fruticolas quidem stirpes, partim vero etiam quasdam herbas, quarum caules, rami, folia, non aequi fructus, aut saltem hi non foli, spinis sive aculeis obsidentur, generatim notari; aliam vero esse Tribuli conditionem, ad fructum solum habendo respettu, manifesto sati etymo τρίβος, tres cuspides habeant, quamvis nec aquaticus, nec terrestris Tribulus tres, sed uterque quatuor aculeos gerat. Cum vero Tribulus terrestris, teste BELLONIO Obseruat. Libr. I. c. 18. edit. cum Clusii Exoticis p. 25. in Creta agris, praesertim leguminibus, maxime noxius sit, existimat BAIE-RVS, eius pronectu non modo satas ac desideratas fruges opprimi, sed et agriculturarum arque mesorum corpora, in primis pedes, non minus laedi, quam sis ferreis machinalis, quae dolose in terram aduersus hostes comici solent, atque ob similitudinem quandam Murices aut Tribuli dicuntur. Verum licet propter hos fructus aculeos Adamo, fruges colligenti, molestiam creare debuerit planta, dubium tamen videtur, an eadem pro Tribulo affumi possit, cum, vt Ipse BAIE-RVS monuit, LVCAS in parallelo Loco VI. 44. τρίβη vocabulum pro Tribulo posuerit, et eodem aliam plantam, Rubum forte, designaverit. Ita etiam in Editione latina SCHNIDII apud MATTHAEVM Tribulum, et apud LVCAM Rubum legimus. Conf. BAIERI Animadversiones physico medicas in quaedam loca noui foedoris



admittimus, haudquaquam degenerem, ex Tritico natam plantam, viliorem e. gr. Tritici speciem, *Lolium*, aliquam fuisse, cum eiusmodi metamorphoses plantarum, speciatim Tritici in *Lolium*, assumi plane non possint, et licet *Lolium*, planta sui generis, agricolis maxime sit odiosa atque infesta, eam tamen solam *Zizania*⁴⁾ constituisse, vix probable, probabilior po-

ris p. 24 sq. quae etiam continentur in Collectione Observatt. Medicorum, quibus loca Novi Testamenti illustrantur, edita a G. GORTZIO Falc. I. pag. 186. Praeterea Hebraicum nomen Barkanum, quod Iudic. VIII. 7 et 16 legitur, ab interpretibus nunc per Oxyacantham, nunc Tragacantham, nunc et Tribulum verum fuisse, monuit, et alia quaedam de utroque Tribulo notaui VRSINVS in Arboreto Biblico Cap. 24 p. 330 seqq.

¶ Transmutationem Frumentorum fieri, eademque per gradus e. gr. Triticum in Secale, Hordeum in Lolium degenerare, multi, et recentiorum quoque nonnulli, in primis Suecici Doctores, affirmarunt; contrarium vero in Dill. de Transmutatione Frumenti solide demonstrauit LINNAEVS vid. Amoenit. Vol. V. p. 106. germanice versa legitur in Schreibers Sammlung Vol. VIII. pag. 457. atque egregie confirmauit, quod dudum PLV-TARCHVS assuererat, dum scripsit: *Id etiam Natura dicitur, quod sui multiplicatione in se reddit; sicut enim Natura Triticum, loco feminis accipiens, multas alterando et mutandoque formas interim inducens, tandem Triticum reddit in fine totius mutationis principium restituens.* vid. Eius Operum Tom. II. edit. Francof. 1620 fol. p. 388. De Transmutatione Triticis in Lolium copiose differunt et negantur defendit III. M^{ICHAELIS} im Moaischen Rechte Tom. IV. in primis p. 323 sqq.

d) Plerique hoc assument. Ita *Zizanias*, n^o r^o s^o c^o c^o scribit *Svidas*, et
Aira, licet et hoc vocabulum dubium sit, ab Interpret^e vertitur per Lo-
lium, quod in frumento nascitur. Vid. *Eius Lexicon Tom. II.* pag. 11.
Eadem repetit et *Zizania* potius pro Lolio, quam cum Hebreis pro adul-
terino Tritico assumere voluit *WETSTEINUS* in *Nono Testamento*
graeco ad *Matth.* Cap. 13 p. 403. Non *Vstilagine* frumenti, sed
Loliū significare *Zizania*, affluerit *VRSINAS*, attamen eriam monuit He-
breorum et Graecorum vocabula generalia esse, omnesque, quae se-
menti officiunt, plantas denotare; vid. *Eius Continuatio Historias plan-
tarum Biblicarum Lib. II. c. 7. p. 151* sqq. *Zizania* ab *Arabica* voce *Ziuān*,
quae in *Thalmude* et in *ABVLFADYL Cod. MSC.* occurrit, deriuauit
et *Loliū* temulentum significare statuit *I. D. MICHAELIS* lib. cit.
Tom. IV. pag. 319. von dem Verbothe, den Acker mit zweyverley



tius LEVINI LEMMII^e), IOH. OLEARII^f) aliorumque opinio, qui Zizaniorum nomine non certas et peculiares plantas, sed omnes illas, quae inter fruges sponte prouenient, earumque vegetationem variis modis impediunt, intelligere voluerunt.

§. II.

Atque hoc etiam significatu germanicam vocem *Unkraut* admittere, atque determinare debemus. Illae nempe plantae, quae

Saamen zu besäen. Apte fatis, ut nobis videtur, scriptis PETR. CRESCENTIVS; *Zizania est adusta Tritici, qui trahit nutrimentum eius, sicut Papaver est Zizania Auenae.* Vid Eius Agricultura, Libr. III. p. 123 Basil. 1538. 4. edit. Plura non addam, ne vocabula videar capere; solummodo adhuc quaeram, cur et in greco Textu et latini verbis noui Testamenti Zizania semper in plurali usurpetur? In Geoponico, Libr. II. c. 43. edit. NEEDHAM p. 68 Zizanion legitur.

e) *Zizaniorum, scriptis, nomine designatur omnis inutilis, vitoſa, noxia fructicatio, quae sementi ac frugum incremento officit, quaque sata strangulat ac necat, succumque, quo nutritur, depopulatur, sic ut segetes aliaeque herbae salutares, aut maligne emergant, aut prorsus suffocentur: et addidit. Cum Zizaniorum nomine nullae peculiares herbae designentur, sed omnes illae frugum ac herbarum pestes, quae exsirpandae sunt, ne frugiferas herbas opprimant, Belgae communis nomine hanc inutiliem herbarum congeriem Wiet vocant, et Wier eruncare fundumque a noxiis fruticibus purgatum reddere.* Vid. Eius liber Similitudinum, quae in Biblis ex Herbis defumuntur, explicatio Cap. 46 pag. 143.

f) *Sic ille eleganter de Zizania: Accusatur illud nomen peregrinitatis, accubitus modo ab hominibus imprudentibus; etenim de industria retinuerunt Scriptores Sacri vocabulum, quod Magister iſorum sapientissimus usurparat grauiſsimis de cauſis. Nam Zizania Ipsiſus Lingua ſignant herbas, quae floſculos in ſegetibus gignunt et incremento ſuo frugibus officiunt, ne nimis laetae fiant. Hae tales herbae, quum hominum expectationem fruſtentur, qui ſegetem, quam largiſſimam, expectant, iſiſe tetro ac infama nomine eas inſigniunt; Christus vero, qui Autorem illarum intueretur, et Patris ſui opera hominis inſolentia dehonestare nolle, innocentiflmo florum nomine eas appellauit.* Vid. Eius Liber de ſtylo Noui Testamenti cum notis I. C. SCHWARZII. Coburg 1721. 8. p. 176.



5

quae intutis agricolis atque hortulanis, quaeque, ut VIRGILIVS de Arboribus scriptit:^{g)}

*Namque aliae nullis hominum cogentibus ipsae
Sponte sua veniunt,*

et nulquam non erumpunt, nullumque praeterea commodum, sed, respectu inquilinarum in primis, detrimentum potius in his, quae nunc occuparunt, locis adserunt, namque Idem Poeta recte asseruit:^{h)}

Segnisque horreret in aruis

*Carduus, intereunt Segetes, sub aspera sylva
Lappaque, Tribulique, inter quae nitentia culta
Infelix Lolium et steriles dominantur Auenae.*

illae, inquam, hoc plerumque nomine insigniuntur, licet per se et extra allatum societatem consideratae, aequo bonae esse possint et vario modo proficiuae. Hoc itaque, limitato paululum sensu, germanicam vocem, qua forte primus, loco Zizania, usus fuit LUTHERVSⁱ⁾, et qua certe non vnam, sed plures plantas subintellexit, commode retinere possumus. Desideratur autem latina denominatio. Scriptores veteres ut plurimum Zizania retinuerunt, hos vero sequi hoc tempore non possu-

A 3 mus,

g) Georg. Libr. II. v. 10.

h) Georg. Libr. I. v. 151 sqq. addit Commentator Cel. MARTYNVS horret, idem significare, ac abundaret, ut totum agram impleret. Vid. Huius edit. Lond. 1746. p. 41. Eadem fere repetit VIRGILIVS Eclog. V. v. 36 seqq.

*Grandia saepe quibus mandauimus hordea fulcis
Infelix Lolium et steriles dominantur Auenae,
Pro molli Viola, pro purpureo Narciso
Carduus et spinis surgit Paliurus acutis.*

i) Haec certe interpretatio aptior videtur illa, quae ante LUTHERVM data fuit; in illis enim Codicibus, quos consulimus, Raten legimus, erat alter rarissimus Gedruckt zu Nürnberg durch Anthonium Koburger 1483 fol. mai. c. f. alter Straßburg 1483 fol. min. c. f.



mus, cum a LINNAE^O peculiare Graminum genus eodem nomine insignitum, et ab omnibus Botanicis assumptum fuerit. Neque frugum pestes, neque frugum morbos cum PLINIO^{b)}, neque cum aliis Frugum vitia appellare debemus plantas, quae in uito Colono prodeunt, aliisque se immiscerent, cum morbis, mortibusque quandoque modo occasionem praebere possint. Neque, ut VIRGILIVS scripsit^{c)}

Sponte sua quae se tollunt in luminis auras,

Infoecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt.

potius contrarium locum habet, et spontaneas largiorem saepe messem et semina copiosiora exhibere, quam quae studio satae atque cultae fuerunt, quotidie experimur. Aptius fortassis eiusmodi plantae erraticae dicendae forent, oberrant enim quasi ex loco in locum, nullumque fixum habent, atque propterea e.gr. Papauer, in agris et aruis inter segetes et olera copiose crescens, erraticum appellari solet. Verum enim vero licet quaedam sint eiusmodi erraticae, non certis locis affixae, sed potius in diuersis Sponte prouenientes, idem tamen non valebit de omnibus; non vbiuis prouenient omnes, plures potius suam propriam habent sedem, plantasque modo adeo singulari dispositi Creator, ut una quaque loco ipsi assignato, tanquam in sua patria, habitet; atque hoc ipsum non modo de diuersis coeli regionibus valet, sed etiam et praeципue de diuersis vnius regionis locis, horumque varia ac peculiari constitutione. Viuunt in murorum compage aliae, aliae sub aquis nascuntur, et sub montium niuibus aliae persistunt incolumes; habi-

^{a)} Qui Libr. XXIII. cap. ultimo Lolium ister frugum pestes retulit, ast Libr. XVIII. cap. 17 scripsit; *Lolium et Tribulos et Carduus Lappasque non magis, quam Rubos inter frugum morbos potius, quam inter Terrae peles numerauerim.*

^{b)} Georg. Libr. II. v. 47. sq.

habitant aliae in locis humidis, aliae in siccis, aliae in apricis et editis, aliae in vmbrosis et depresso, aliae aliis in locis proueniunt,^{m)} et in loco sibi destinato laetius crescunt, quam si in alium transportatae fuerint, et quod de arboribus docuit VIRGILIVS,ⁿ⁾

*Fraxinus in sylvis pulcherrima, Pinus in hortis,
Populus in fluuiis, Abies in montibus altis,*

sane etiam de aliis valet stirpibus, et Agricultores dudum cognoverunt, certo non tantum modo et mensura, sed etiam obseruato ordine atque adhibita locorum ratione germina spargenda esse, aliamque agri partem Tritico, vel Hordeo depuant, aliam Milio, aliamque Leguminibus designant; minime autem permixte grana fulcis committunt, sed singulis discriminata iugera agrosque peculiares accommodant.^{o)} Cur quaeſo Datura in ruderatis, Hyoscyamus in fimetiſ, Verbascum in requietis copioſe luxuriant, et cur non inter olera et ſegetes

cresc-

^{m)} Conf. LINNAEI Diff. Stationes plantarum, in Amoen. Acad. Vol. IV. p. 64. qui sex stationum genera, scil. aquatricam, alpinam, vmbrosam, campeſrem, montanam et parasiticam constituit, has vero in plures, viginti quatuor, species subdiuidit.

ⁿ⁾ Ecl. VII. 8. 65 seqq. et in Georg. Libr. II. v. 110 seqq. alia exempla adduxit:

*Fluminibus Salices, crassisque paludibus Alni
Naſcuntur, steriles saxois montibus Orni,
Bacchus amat colles, aquilonem et frigora Taxi.*

^{o)} Belle hoc pertinet PLUTARCHI locus, de diuersa Tritici et Hordei ſatione; quapropter, scribit, pinguis et profunda terra Tritici est ferax, Hordei ea potius, qua tenuor, an quia femina validiora ampliore indigeno alimento, infirmiora leni et tenui, est autem Hordeum Tritico imbecillius et laxius; hinc et dicitur

*Triticum in coeno fertile, hordeumque in puluere,
An quia Triticum conficerre plus alimenti potest, Hordeum non fert eius
copiam, sed ea obruitur. Vid. Opera cit. Tom. II. p. 519.*



crescunt? Cur nulla sere vmbellifera segetes nostras occupat, et, si forte etiam in aliis regionibus quaedam sese immiscant, certe tamen Aethusa Cynapium, quae frequentissime inter olera habitat, nunquam cerealibus sese associavit? Cur in aliis regionibus Segetibus immixtae crescunt plantae, quae apud nos nunquam in illis inueniuntur? Sic OVIDIUS tradidit:

Mista tenax segeti crescere Lappa p) solet,

et CATO^{q)} praecepit: ex segete vellito Ebulum et Cicutam, de quarum extirpatione nos sollicite neutiquam esse debemus; et nonnisi

Neglectis urenda Felix innascitur agris.

Cur Achillaea Millefolium, Cichorium Intybus aliaeque agrorum modo margines occupant, eosdem autem rarissime intrant? Illarum etiam multae, quae segetibus infestae sunt; ibidem, tanquam in naturali loco crescunt, et extra eundem vix ullibi inueniuntur; vti forte sunt: Agrostemma Githago, Centaurea Cyanus, Lolium temulentum, aliaeque, quae merito triviali nomine arvenses dici solent; immo quaedam ex aliis regionibus, fortasse cum frumento ex alienis terris conquisito, adductae, vt de Chrysanthemo segetum scimus, nullibi, quam inter segetes iterum locum obtinuerunt; Hinc nec erraticas, nec migratoriae, licet quaedam hoc modo cum piscibus et praecipue aquibus, ita dictis, conueniant, nec ambulatoriae nominari possunt segetibus immixtae plantae, cum ab uno ad alterum locum sponte translatae ibidem modo confundant,

p) Pont. Libr. II. Ep. I. v. 14. nisi forte per Lappam Aparine intelligi debat, vti probabile videtur MARTYN. vid. VIRGILLI Georg. ab Eodem Comment. illuftr. p. 42.

q) De Re Rust. ed. Gesla. p. 53.

deant, ac bene habitent, vbiunque solum inueniant suae indoli conueniens. ') Cum itaque haec quoque denominaciones non omnibus conueniant, a Venerabili MICHAELIS aliam mutuemus. Ille namque de Satione mixta, quam Deus interdixerat, differens, eandem heterogeneam appellavit, et hinc ipsas, inter se mixtim crescentes plantas, heterogenas appellare possemus, nisi magis placeat nomen, inscriptioni huius libelli oppositum, plantae scilicet *infestae*; sunt namque illae sponte et in alieno loco crescentes plantae illis, quibus se se intermissione, vel per se, vel per accidentem semper infestae, damno-
sae'), et propterea et ex pratis, et ex aruis eradicandae.

§. III.

Quaenam autem sunt illae? Variae certe pro diversitate locorum, in quibus, et ratione plantarum, inter quas crescunt. Praemium constituit Academia Regia Berolinensis Anno huius Saeculi octuagefimo quinto, tractatui, quaenam plantae inutiles sint censenda, habito respectu noxarum, quas in hortis, agris, pratis et sylvis efficiunt. Quisnam eodem coronatus fuerit, nos quidem adhuc ignoramus, cum aliis autem

cer-

2) Conf. LINNAEI Diss. de Colonis plantarum, Atmoen. Acad. Vol. VIII. p. 3. I. C. D. SCHREBER von den Wanderungen der Pflanzen, in der Neuen Sammlung von Cameraleschriften I. Th. p. 167, und Forstmagazin 2 Band pag. 131. Conf. etiam Neuste Mannigfaltigk. 3 Jahrg. pag. 396.

3) Hoc respectu plantae, per se haudquam inutiles, imo salutares, contraria virtutem exercent, si nempe nimis luxuriant agrosque et fulcos occupant vtilioribus herbis aut fructibus destinatos. Atque haec est vera definitio, quam de sic dico *Unkraut* recentiores tradiderunt. Sic BOERNER in der Land- und Hauswirthschaft Töm. I. p. 377 scribit: *Unkraut nennen wir diejenigen Pflanzen, die zur Unzeit und am unrechten Orte wachsen*, et MUND in Tractatione deinde citanda pag. 7. *Eine jede Pflanze auf einem nutzbaren Lande, welche das Wachsthum und Gedeihen anderer Pflanzen, die dasebst*



certauit et sic dictum Accessit reportauit Pastor Primarius Goslariensis S. G. F. MUND in Libello vom Unkraut, Lips. 1787. 8. euulgato.¹⁾ Eodem fere tempore HENR. WOLFIUS, Pastor quoque Primarius Welsingbuhrensis plantas, quae germanico hoc nomine insigniri solent, recensuit, earumque prolixas, non vero semper adaequatas descriptiones exhibuit, sed quaenam praeterea intelligi debeat, haesitabit quandoque Lectio, et nonnullas quoque adduxit, quae huc plane non pertinent.²⁾ Speciatim de plantis inutilibus et venenatis, quae prata inficiunt, horumque fertilitatem imminuunt, praemio

dafelbst gezogen werden sollen, verhindert oder aufhält, heißt *Unkraut*; et Venerabilis IERUSALEM, alles Kraut ist Unkraut, was nicht an der Stelle steht, wo es seyn soll; auf einem mit Korn besäten Acker werden Violen und Rosen eben das seyn, was Dornen und Düschen. Vid. eius *Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Chrifl. Religion II Th. 2 Band p. 647.* Quandoque etiam contrarium obseruatur. Sicut PLUTARCHUS Tom. II. p. 44 et 485 docuit.

*Inter Echinopodes velut, asperam et inter Ononim,
Interdum florent molia Leucoia.*

Et OVIDIUS de Ponto Libr. III. Eleg. 4. v. 5.

*Nec sterilis focus vilus ita est, vt non sit in illo
Mista fere duris utilis herba Rubis.*

¶ Dolendum omnino Clar. Virum in Botanicis minus versatum fuisse, atque propterea Lectores dubios reliquit, de quamam planta locutus fuerit. Quanam erit Kälberkopf p. 86 dicta, an Rhinanthus? *Husflattig* apponitur nomen Veronicae; *Spiegelblume* eiusque proninciale nomen *Armlüfelt*, quasi pauperum axungia p. 89 nobis multisque certe aliis plane est ignotum.

¶) Vid. eius *Traft. über die Feldmäuse, sammt einem Anhange über die bekanntesten Arten des Unkrauts.* Hamb. 1786. 8. a pag. 202—280. e. gr. de Hyoscamo scribit: *Die Pflanze mit großen Stacheln versehen, die Blume hat mit einem Eulengesicht viel Ähnlichkeit, und die Frucht ist mit vielen Fächern versehen.* Lychnis Flos Cuculi hat acht Staubfäden. Der Stängel der Tussilage soll in Gestalt einem Pferdehuf gleichen, und die Blätter erst hervorkommen, wenn der Stängel verweilt ist. Cicuta hat wegen der weißen Blumen viele Ähnlichkeit mit der Peter-

mio ab Academia Diuionensi coronatam Disputationem SE-
BALDV^{VS} IVSTINVS BRÜGGMANN Gröningae 1783. 8. edi-
dit; aliamque de iisdem conscripsit GIVLIO, quae Tomo
tertio Memoria della Società Agraria Turini 1785 inserta fuit.
Ante hōs vero et Pastor ORTHIVS et Medicus EHRHARTVS
illarum plantarum dederunt Catalogum, quae inter hybernum
ac aestiuum Frumentum frequenter inueniuntur, simulque va-
rios easdem exstirpandi modos tradiderunt.⁹⁾ Longe amplior
vero et perfectior est Cl. Io. FRIDER. GMELINI Tractatio
von den Arten des Unkrauts in Schwaben und dessen Benützung, quae
primum Diario, Naturforscher, huiusque Part. II ad VI. inserta,
dein vero seorsim Lubecae 1779 euulgata fuit.¹⁰⁾ De Semini-
bus autem, quae Cerealibus sese immiscent, et pane ex iisdem
parato, obseruationes speciales tradidit TESSIER.¹¹⁾ Illi quo-
que Auctores, qui de Agricultura scriperunt, harum planta-
rum plerumque mentionem fecerunt, verum saepius nimis bre-
uiter, hinc Eosdem silentio commode praeterire possumus.¹²⁾
Clariss. GMELINVS in citata Tractatione centum et viginti

Petersilie. Quaenam plantae sunt die kleine und große falsche Wucherblume, das gekuppelte Glücklein, die kleine Klette, der Schwalben schwanz, der wilde Hopfen, ignoramus, cum nullum latinum nomen additum fuerit. Erysimum officinale nominatur Hederich, et describitur Raphanistrum. Si Lythrum Salicarium, Symphytum, Tanacetum, Cardaminen pratensem, Hederam terrestrem cum Auctore ad hanc Claf sem referre quis veller, certe omnes, regioni cuidam indigenas, adducere deberet.

- v) *Vid. Oeconomische Nachrichten* 61 St. p. 67 et 89 St. p. 297 er cum non
minia harum plantarum saepe vaga sint atque dubia, eadem accuratius de-
terminate studuit EHRHARTVS.

w) In hac editione accessit Appendix von der Ausrottung des Unkrautes
und einigen Werkzeugen zu Reinigung des Saathorns von I. I. W. A. D.

x) *Vid. Hist. de la Soc. royale de Medecine de Paris* 1780 et 81.

y) Prae alias nominari meretur der Schlesische Landwirth mit Patriotischer
Freyheit, Breslau 1771. Tom. I. pag. 105. BOERNERI Land- und
Haus



quinque nominauit descriptique plantas, et easdem methodo naturali in octodecim Classes dispositi; Scilicet sunt illae:
 1) Gramina. 2) Parasiticae. 3) Asperifoliae. 4) Ringentes.
 5) Rotatae. 6) Campanulae. 7) Caryophyllaceae. 8)
 Violae. 9) Vimbelliferae. 10) Incompletae. 11) Stellatae.
 12) Icosandriae. 13) Polyandriae. 14) Compositae. 15)
 Leguminosae. 16) Siliquosae. 17) Tricocceae. 18) Cryptogamiae. Quas vero in singulis nominauerit, repetere ideo nolumus, quia partim in nostris segetibus non omnes, ab Eodem memoratae, prouenient, partim aliae quaedam occurunt, in Huius Catalogo omissae. Quae itaque nostris agris segetibusque, ²⁾ namque de his solummodo, ut inscriptio docet, dice-
 re

Hauswirthschaft Tom. I. p. 377. Du HAMEL in *Traetatu vom Ackerbau* Cap. XI. p. 81. qui in eodem species nonnullas recensuit, et quomodo illae noceant atque destrui possint, docuit. Quae in ZINCKII *Leipziger Samml.* Vol. IX. p. 595 inserta sunt recensio, manca admodum est et deficiens. WILLEMET in *Phytographie econom.* de la Lorraine 1780 edita p. 137 seqq. noxia agricolis vegetabilia nominauit, quorum vero numerus multis augeri possit. Legi meretur NEVENHANII *Traetatio vom Unkraut*, in qua duas praecipue mouit quaestiones; 1) an Deus creauerit? et respondit: quamuis constet, Deum omnia creasse valde bona, differentiam tamen locum habere, qua res alia creata alteri antecellat, vel vilior existat; 2) an detur singulare aliquod plantarum genus, cui soli comperat denominatio *Unkraut*, et negative respondit. Vid. *Oeconom. physikal. Abhandl.* Vol. XII. p. 957.

2) Hanc vocem nonnulli a serendo deducunt, et Poeta antiquus apud CICERONEM in *Tuscul.* Quesit. II. Libr. II. dixit;

*Etsi in segetem sunt deteriorem datae
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent;*

et VARRO distinguit segetem et aruum, ita seges dicatur, quod aratum et fatum est, aruum quod aratum, nec dum fatum est. Vid. de Re Rustica Libr. I. Cap. 29. ed. Gesn. p. 190. Monuit vero PONTEDERA in nonnullis Codicibus legi: Seges dicitur, quod aratum, nec dum fatum est, hanque lectionem priori praferendam esse copiosis, ex aliis Autobribus petitis, exemplis probare voluit. Quae omnia repetit GESNERVS. Verum si etiam seges tetram modo aratum, et non satum significet, singulariter tamen terrae speciem, singulari ypsi, sationi scil. cerealium seminum

re voluimus, plus minusue luxuriando infestae sunt plantae,
Linnaeano ordine recensemus et earundem simul durationem
consuetis signis notemus.

- Veronica agrestis et aruenis ⓠ
- Valeriana locusta var. olitoria ⓠ
- Bromus secalinus et aruenis ⓠ
- Agrostis spica venti ⓠ Auena satua ⓠ
- Lolium temulentum ⓠ Triticum repens 4
- Holosteum vmbellatum ⓠ Scherardia aruenis ⓠ
- Asperula arvensis ⓠ Galium Aparine ⓠ
- Aphanes arvensis ⓠ Cuscuta Europaea ⓠ
- Myosotis scorpi. arvensis ⓠ Lithospermum aruense ⓠ
- Anagallis arvensis ⓠ Convolvulus arvensis 4
- Scandix pecten ⓠ Rumex acetosella 4
- Polygonum aviculare et Convolvulus ⓠ
- Scleranthus annuus ⓠ Saponaria Vaccaria ⓠ
- Oxalis corniculata ⓠ Agrostemma Githago ⓠ
- Cerastium arvense 4 ⓠ Spergula arvensis ⓠ

B 3

Papa-

num destinatam denotabit. Sic CATO Cap. 36 *Stercus columbinum spar-*
gere oportet in pratum, vel in hortum, vel in segetem; et CICERO
de Senectute Cap. 15 CATONEM sic loquenter facit: *Nec vero segeti-*
bus solum, et pratis et vineis, et arbustis res rusticæ lactae sunt;
sed etiam hortis et pomariis. Ipse GESNERVS demum addidit: *negara*
non potest, efficile Pontederam, quod voluit, nisi forte praesidium al-
*iquid est intellec*tui* segetis, quem Ipse oppugnat, in Tib. IV. pag. 172:*
Tondeturque seges maturas annua partus, potest seges tondere, vt Ca-
pilli, partus autem intelligi spicae. Et sic apud veteres nonnullos, ma-
gis tamen apud recentiores latine consuetudine Segetes ipsas dicuntur
Fruges, ex quibus Panis conficitur. Hinc et duas excolendas Segeti
Deas Romani proposuerunt, Seiam, a serendo dictam, quae frumentis
praererat adhuc sub terra latentibus, et Segetam, a legeret appellatam,
quam frumentis exoris fauere existimabant. Vtriusque simulacra in Cir-
co conspici scribit PLINIUS Libr. XVIII. Cap. 2. Conf. CAR. DE
AQVINO Nomenclator Agriculturae, Romae 1736, 4. p. 148 seq.



- Papaver Rhoeas ○ Delphinium Consolida ○
 Nigella arvensis ○ Ranunculus arvensis ○
 Lamium amplexicaule ○ Stachys arvensis ○
 Galeopsis Ladanum ○ Ladanum segetum ○
 Rhinanthus crista galli ○ Melampyrum arvensis ○
 Antirrhinum arvense et minus ○
 Orobanche maior 4 Myagrum satium ○
 Thlaspi arvense et Bursa ○
 Erysimum cheiranthoides ○ Brassica campestris ○
 Sinapis arvensis ○ Raphanus Raphanistrum ○
 Geranium cicutarium ○ Fumaria offic. ○
 Lathyrus Aphaca ○ et tuberosus 4
 Pisum arvense ○ Trifolium arvense ○
 Vicia Cracca 4 sativa ○
 Eruum tetraspermum ○ Hyoseris minima ○
 Sonchus arvensis 4 et oleraceus ○
 Serratula arvensis 4 Carduus crispus ○
 Senecio vulgaris ○ Chrysanthemum segetum ○
 Anthemis arvensis 4 et Cotula ○
 Matricaria Chamomilla ○ Centaurea Cyanus ○
 Calendula arvensis ○ Filago arvensis ○
 Viola bicolor ○ Vrtica vrens ○
 Equisetum arvense 4

Est itaque numerus omnium 74, et harum 63 annuae, perennies autem 11. Curta forsitan nonnullis videbitur haec supplex, si cum Gmeliniana comparatur. Verum neque illas, quae ad agrorum segetumque modo margines frequenter, rarissime autem vel nunquam intra easdem inueniuntur, ut sunt Scabiosa arvensis, Antirrhinum Linaria, Myagrum paniculatum, Coronilla varia, Ononis arvensis, Trifolium Melilotus, Lotus corniculatus, Chondrilla iuncea, Cichorium Intybus, Artemisia vul-

vulgaris, Tussilago Farfara aliaeque, nominare voluimus, neque etiam illas admittere potuimus, quae segetes nostras hactenus nondum occuparunt, ut sunt Aira coerulea, Bromus pinnatus, Lolium perenne et tenui, Mentha sativa et arvensis, Lamium purpureum, Stachys palustris, Thymus Serpyllum, Antirrhinum elatine, Anagallis foemina, Campanula speculum, Sedum Telephium et aliae; quae ex Umbelliferarum classe commemorauit Cl. GMELINVS, Bupleurum rotundifolium, Tordylium latifolium et Anthriscus, Caucalis grandiflora et Sueuica, Daucus Carota, Coriandrum sativum, Scandix Anthriscus et Pastinacea sylvestris; harum nonnullas quidem inter Olera, nullam autem, praeter Scandicem, pecten dictam, inter cerealia, et hanc quoque, vti et quasdam alias, supra nominatas, e. gr. Ranunculum arvensem, Antirrhinum arvensis et minus, Myagrum sativum, Geranium cicutarium, Eruum tetraspermum, Calendulam arvensem, rariissime segeti immixtas obseruauimus, dum e contrario quaedam nostris terris inquilinae sunt, quae in Sueuiae agris non occurunt, ut est Rhinanthus Crista galli et Aethusa Cynapium, quarum haec inter olera, illa vero et in pratis, et in agris copiose habitat. *) Sic itaque quaelibet regio suas alit proprias plantas, ceu notatum superius fuit.

§. IV.

Recensitis nunc plantis, quae inter segetes nostrates crescere solent, disquirendum quoque esset, an illae omnes, et qua ratione illis sint infestae; ideoque ut PALLADIVS praecepit: *) omne id, quod satum est, herbis assidue purgari debeat. Ceteralia

*) In Gallia Hyacinthi species, comosus forsan, in agris crescit, cuius semina farinæ mixta panem nigrum reddunt, et sapore amarum; teste TESSIER l. c.

*) Libr. II. edit, Gesn. p. 921.



realia sitire, alimento destitui, hincque segetes languescere atque desicere, dum aliae simul plantae eundem locum occupant, et cum illis in societate viuunt, communis sere est opinio, atque THEOPHRASTVS dum de pernicie egit, quae ex vicinitate simul satorum, aut contagione sponte se associantium, assertur, eam addidit rationem; omnia idcirco interimunt, quia pabuluni tollunt, tam quod terra ministrat, quam quod a Sole et Aere veniat; b) propterea etiam Cerealium semina sollicite depurare et ab admixtis peregrinis separare solent, vel certe debent Agricolae, ne mixta fiat satio, similisque prodeat seges; hanc enim perniciosa esse, Ipse iam MOSES monuit atque praecepit, *semen mixtum in Vineas haudquam serendum esse.* c) Verum enim vero varias herbas commode simul nasci, in eodem loco viuere, et laete crescere posse, videmus in pratis aliisque locis, in quibus vplurimum diuersas et raro admodum vnius tantum

b) De Causis plantar. Libr. V. Cap. 22. singularem et huic opinioni contraria theoriam proposuit BRÜGGMANNVS libt. cit. existimat namque Ille, plantas, nutrimento pecorum aptas, ideo quidem sensim perire in pratis, quia sterilior evanescit terra, hunc vero nutrimenti defectum minime a copiosis et inutilibus ibidem simul crescentibus plantis deriuauit, sed in externis quibusdam causis vegetationis contrariis posuit, et inter has Turbonum prae caeteris mentionem fecit, atque porro existimauit, viliores minusque salutares in eundem locum tunc demum succedere, vel potius in conspicuum prodire, quando terra iam minus foecunda redditia fuit, quamdiu enim eadem lucro nutritio copioso scatet, tamdiu semina et radiculas sub terra tranquille latitare atque demum succedere. Minus vero probabilem hanc esse opinionem quilibet forte perspiciet, aut euoluerat Commentar. de rebus in Scientia naturali et Medicina gestis Vol. XXVI, pag. 340.

c) Leviticus XIX. 19. et Deuteronom. XXII. 9. De vero iuriis legis sensa Interpretes non conueniunt, diuersas eorum opiniones colligit, examinavit et refutauit IOH. SPENCERVS, nouamque ac plane singularem propo- fuit; statu niemppe hanc legem alicui gentium antiquiorum ritu aduersam frontem generi, quo frumentum Cereris, vitem Baccho confersarent, atque propterea semina mixta, Triticum forsan et Hordeum, inter Vites seminarent, atque ipso hoc ritu se Cereris et Bacchi cultores indicarent, vineas-

tantum generis plantas sponte a natura productas animaduertimus; omnes etiam eodem certe atque communi fruuntur nutrimento, nec opus est, ut diuersam succi nutritii qualitatem atque mixtionem admittamus, diuersasque plantarum species diuersum quoque ac specificum succum insugere, cum Clar. ENGELIO⁴⁾ alisque statuamus, contrarium enim multi, REICHARTVS,⁵⁾ DU HAMELIVS,⁶⁾ BERTRANDVS,⁷⁾ aliisque firmis admodum argumentis comprobarunt. Atque hinc quidem concedimus, eundem terrae succum et satas, et sponte crescentes stirpes attrahere, inde tamen non tam magnum in priores semper redundabit detrimentum, cum harum erratiorum plurimae minus succulentae esse soleant, parciorique nutrimento indigeant, saepiusque in agris requietis, nullo fi-

mo

vineasque eorum praesidio commendarent; atque ab hoc ritu profano abstinendum esse, praeceptum postulare, concludit. Vid. de Legibus Hebreorum ritualibus Libr. III. Edit. III. Lips. 1705. 4. Libr. II. c. 18. p. 612 sqq. Verum nobis probabilior videtur Iosephi explicatio, qui Antiquit. Libr. IV. p. 123 scribit: *Agrum vitibus constitum seminare non licet, sufficit enim, quod hanc plantam nutritat, nec opus est, ut et aratro vexetur.* Et licet D^r s semina mixta in Vineis modo ferere vettuerit, hanc tamen legem ad agros quoque extendere, quippe et in SCHMIDII latina interpretatione Leuiticor. *agrum tuum non eris mixtim legitimus*, et Cel. Sacri Codicis Interpretis MICHAELIS opinionem admirtere poterimus, quippe qui hoc praeceptum non tantum de Secalis et Lolii commixtione interpretari, sed omnem potius singulorum seminum miscelam subintelligere voluit libri cit. not. d. Tractatio haec inserta quoque fuit Hannov. Magazin 1774 p. 193 sqq. Conf. quoque potest nostra Commentatio de Plantarum Semine Cap. V. §. 6. p. 320 sqq. Vel Progr. I. et II. de Satione mixta 1784 edita.

d) Vid. Bernische Sammlungen III. Jahrg. 3 St. p. 139 sqq.

e) Vid. Eius Land- und Gartenchatz V. Theil p. 11 sqq.

f) In der Abhandlung vom Ackerbau nach Tull's Grundsätzen p. 15 sqq.

f) Vid. Bernische Samml. III. Jahrg. 2 St. p. 13 sqq.



mo foecundatis, aequo bene crescant ac in stercoreatis; ^{s)} immo imminutio nutrimenti satis aliquando egregie prodest, inde enim segetum luxuria, quae praeципue humida nimis temperie facile in excessu peccat, aequo bene cohibetur, ac si, ut VIRGILIVS docuit: ^{h)}

*Ne grauidis procumbat culnus aristis
Luxuriem segetum tenera depascat in herba.*

atque propterea in fertili atque bene foecundato agro maiorem harum plantarum deprehendimus copiam, quam in sterili, in quo minus abundans nutrimentum cerealibus alendis tantum sufficit. E contrario ne sicca temperie omnis ex terra succus auolet, interpositae impediunt plantae, dum superficiem terrae tegunt, et quasi inuoluunt. Praeterea etiam iuiores tenerioresque plantulae et a frigoris, et a caloris iniuriis defenduntur: ⁱ⁾ ab extraneis hisce plantis; hae enim satis plerumque citius prodeunt et laetius assurgunt. Denique etiam

^{g)} Maxime mirum videtur Cel. QUINTINIE, cur terra, in qua frumenta, olera atque aliae bonae indolis plantae crescunt, foecunditatem perdat, nouamque desideret, cum e contrario Cardui et Spinace sine omni stercoreatione laete vegetent. Vid. EIUS Instruction pour les Jardins fruitiers et potagers a Paris 1716. 4. mai. Tome II. Reflexions sur l'Agriculture Cap. XVI. p. 357. Cl. NIEUVENWYTT, qui hoc singulare phenomenon quoque memorauit, ex maledictione, Adamo facta, illud deciuare voluit, Vid. EIUS Erkäntniß der Weisheit, Macht und Güte des göttlichen WEJENS, Leipz. 1732. p. 574.

^{h)} Georg. Libr. I. v. 111 sqq. Idem notauit PLINIVS, scribens: *Inter Vicia Segetum et Luxuria est, cum onerata fertilitate procumbant.* Vid. Libr. XVIII. Cap. 17.

ⁱ⁾ Ita etiam Muscos atque Lichenes ex arboribus, quarum cortici frequenter adhaerent, luccos ex fugere, illisque derimentum adferre, communis fere est opinio, ast contrarium statuit Cel. HEDWIGIVS, et in primis docuit, arborum corticem, atque in eodem mouendum succum contra nocuos frigoris atque caloris gradus ab iisdem defendi. Vid. Schriften der LEIPZ. Oecon. Societät VI. Th. p. 82 sqq.

iam neminiem latet, illas intra segetes natas plantas, plurimas certe, et ante, et post messem pabulum praebere, variis animalibus utilissimum,⁴⁾) nec non instituta noua aratione earumque subfossione nouam quoque stercoreationem ac foecundationem exhibere, atque hinc quasi compensare damnum, quod ante mensem causarunt.¹⁾ Commemorari quoque posset medica earum virtus, dummodo plures eandem possideant.²⁾

§. V.

Verum licet haec ita sint, nulla tamen Seges, ut VARRO ait,³⁾ tam bona est, in qua non sit spicum aliquod negram, et in C 2 quain

- ⁴⁾ Messie peracta intra stipulas illae copiose remanent plantae, quae minori suo habitu falcem eluserunt, et nunc ab animalibus, outhibus in primis, aude appetuntur. Ex harum numero Panicum glaucum, nobis autem non indigenum, maxime aestimari solet, vid. LINNE *Pflanzenystem* XII. Theil p. 225. et propterea pecora non semper in stabulis conferuanda esse, quo et hoc pabulo illa frui erraticasque plantas in vsum conuertere possint, simul autem requetus ager ab erraticis plantis purgetur, bene monuit MUNDIVS libr. cit. p. 68.
- ⁵⁾ Has vel in agris reliquias, vel in requietis enatas subarare necessario debemus, et ex earum putrefactione terram multo foecundioriem fieri, ne-gandum non erit, nihilominus tamen subfossionem plantarum in horto dissuadere ideo voluit LÜDERS, quia femina in terra divitius integra persistat, et sequenti anno denuo ad superficiem transferantur. Vid. Briefe über den Küchengarten II Theil p. 568. Verum dummodo alte circumfodiatur terra, certe et femina etiam consumuntur, et si etiam quaedam corruptioni resistant, longe minor tamen eorum progerminabit copia, quam si eadem in superficie relicta fuissent.
- ⁶⁾ Propter hunc praecipue vsum has segetibus immixtas commendauit MUNDIVS libr. cit. p. 16 seqq. ast ab Eodem memoratae, Beccabunga, Trifolium fibr. Calamus arom. Semperiuum testorum, Hyoscyamus, nullibi in agris crescent, et Veronica, quae ibidem habitat, non est illa officinalis species; quae vero medico vsum inferuent Chamomilla, Papaver errat. Fumaria, Viola tricolor, et Virtica aliis quoque in locis proueniunt.
- ⁷⁾ Apud MARCELLVM NONNIVM, qui Eius fragmenta quaedam collegit.



quam ex adulteris his herbis non potitis detrimentum, quam
commodum redundet; illudque multis farum esse potest pro
diueritate ipsarum plantarum. Quo itaque damna inde oriun-
da eo curatius cognoscere et euitare discamus, opus omnino
erit, vt diuersas plantarum qualitates, et qua ratione illae ne-
cem inferant, intelligamus. Vna quidem omnium est ratio.
Prout enim, PLINIO Auctore, illud maximopere oraculum custo-
diendum est, Segetem ne defruges;^{a)} siue quod idem est, cauen-
dum, ne sparsio largius semine nimiaque foetura ager exhauria-
tur, ita certe omnes illae extraneae, nunc quasi inquilinae fa-
ctae, plantae, quaecunque illae sint, ex eadem terra succum
insugunt, qui in incrementum cerealium^{b)} impendi debu-
set, atque hinc culmi simplices, humiliores, aristaeque tenerio-
res, ipsaeque locustae saepe vacuae manent, et semina, si quae
ad sunt, leuia sunt, parcioremque farinae copiam continent,
vno verbo: segetes languescent et deficiunt, quod eo certius
fieri debet, si spontaneae prius prouenerunt, magnamque iam
succii partem in sui commodum impenderunt, antequam sata
semina progerminarunt.^{c)} Ita non solum omnes radice sua
detrimentum adferunt, sed omnes etiam supra terram eleua-
tae

^{a)} Libr. XVIII. c. 24.

^{b)} Cum frumentaceae aliaeque in agris cultae plantae fere omnes exoticae
sunt, operiosorem quoque culturam copiosiusque nutrimentum easdem
desiderare illis, quae iisdem sepe immiscunt, vtpote indigenis, exilimauit
MVND I. C. p. 31.

^{c)} Bene preecepit SCHABOL: Wenn man auf ein altes umgegrabenes
Land säet, so findet der Saame schon gekeimtes, oder doch solches Un-
kraut, welches im Begriffe ist, aufzugehen, und das erste einen Vor-
sprung vor dem hineingesäten Saamenkorne hat, so findet dieses viel
weniger Nahrung, und das Unkraut behält immer die Oberhand; wenn
aber der Saame zugleich mit dem Umgraben, oder bald nachher in die
Erde gebracht wird, so kommt das ausgekeimte Unkraut oben hin, und
geht meistens zu Grunde. Vid. Eius Abhandl. vom Gartenbau 1778.
Vol. II. p. 82.

tae herbae nocuæ sunt, dum spatia vacua occupant, terraeque superficiem tegunt, impediuntque, quo minus sol atque aer suam in terram virtutem exerceant, praecipue autem, vt **COLVIMELLA**⁷⁾ recte desiderat, *humus coelestes admittat imbras eosque alendis seminibus dispenset*; ideoque ab una parte, radice scilicet, succo orbatur terra, ab altera, herba, eius accessus impeditur. Praeter has vero vniuersales noxas aliae quoque peculiares notari debent; et quo easdem recte intelligere et aestimare valeamus, singulas plantas earumque qualitates cognosce-re debemus. Non omnes inter omnes segetes crescunt. Bro-mus ideo fecalinus dicitur, quia inter Secale ut plurimum habitat; Sinapis arvensis in agris Hordeo confitis luxuriat; Raphanistrum laete viget inter Avenam et Hordeum, rarius inter Secale, vix unquam inter Triticum. ⁸⁾ Praeterea sciendum erit, an planta sit annua, an perennis, an radix altius descendat, an potius in superficie decurrat, an altius surgat planta, an humilis maneat, et an arida magis illa sit, an succulenta; an tardius, an celerius increbeat, et quo tempore semina matura redat, an humida, an sicca potius temperies eius incremento fa-ueat, et quae sunt alia. Annuae certe, dum cito vegetatio-nem absoluunt, nouiamque facile admittunt, intra breve tem-pus bis florere, et segeti eo magis nocere solent; Fruimento-rum radices non alte descendunt et nutrimentum tam ab aere, quam a terra recipiunt; hinc ex immixtis illae praecipue da-mnoſae erunt, quae radicales fibras lateraliter potius, quam deorsum spargunt. Humiliores plantae Messem vix ullo mo-do impediunt, dum e contrario altiores, si rigidae et firmae

C 3

sunt,

r) Libr. III. 13. ed. Gesn. p. 483.

s) Ita et **PLINTIVS** Libr. XVIII. c. 17 scribit: *Est herba, quae Cicer ene-
cat et Eruum circumfigendo se, vocatur Orobanchie, Triticum simili
modo Aera, Hordeum Festuca, Lentem Securidaca.*



sunt, messoribus molestiam creant, si succulentae, aut volubiles exsiccationem retardant, efficiuntque, ut dum cerealia diutius supra terram reposita manere debent, vel semina copiosus dimittant, vel putrescant. Seminum maxime habenda erit ratio; an illa e. gr. cito decidant, et in agris relinquantur, an autem simul cum cerealibus in horrea transferantur, quamdiu illa in terra latentes, antequam progerminent; ^{a)} an eadem germinandi virutem diu retineant, an cito perdant, quaenam sit eorum indoles respectu Cerealium, dum his admixta varium in usum adhibentur, et quae sunt alia, in Tractatione Speciali accuratius notanda atque declaranda; in qua ostendemus, Segeti infestas ^{b)} esse plantas, partim radice, partim herba, ^{c)} partim semine; partemque quamlibet triplici iterum modo detrimentum afferre, prout nempe radix vel annua sit, vel perennis, vel parasitica; herba porro et caulis praecipue altior, modo rectus, modo volubilis, modo etiam parasiticus existat, semen denique, quatenus vel in agro relinquitur, vel in horreum transfertur, neque minus hoc delatum, quate-

nus

^{a)} Forte etiam seminum magnitudine considerari debet. De Papaver eratico asseruit LAVRENBURGIVS, Semina, quo minora sunt, eo etiam fertilitor a esse, addiditque geminam rationem: et quia quod minus est, id effici aut augeri facilis posse, et quia celerius qualitati aeris obtemperet, accommodetque se ad externa. Vid. eius Horticulturae Lib. I. c. 17. p. 84. Conf. etiam THEOPHRASTVS de Causis Plant. Libr. II. c. 17. et Libr. IV. c. 1. et Histor. Libr. VIII. cap. 3. edit. Stapel. p. 914 scripsit: quae semen ferunt pusillum copiosius ferme fructificant.

^{b)} Quatuor modos assument et exemplis illustravit MVNDE l. c. pag. 24 seqq. nocent illae 1) sub terra, radice, et harum modo Triticum repens, et Cynoglossum nominauit, 2) supra terram, 3) in horreis, et 4) in granariis.

^{c)} Herbam cum LINNAEO nominamus eam vegetabilium partem, ortam a radice, et terminatam fructificatione, et sic comprehendit truncum, folia, fulcra, hibernaculum, vid. Philos. Botan. p. 39.

nus cerealia ab eiusdem admixtione viliora modo fiant, modo ipsa et inde facta praeparata depraventur. Antequam vero hanc Specialem Tractationem incipiamus, pauca de variis, noxias eiusmodi plantas praecauendi et extirpandi modis praemittamus.

§. VI.

Detrimentum autem, quod in segetum ortu, incremento atque perfectionis statu animaduertimus, hisce non semper plantis adscriendum erit, namque bene praecepit Ovidius:^{y)}

primis segetes moriuntur in herbis

Et sol modo nimius, nimius modo corripit imber,

Sidera nunc ventique nocent, auidaque volucres

Semina iacta legunt;

et tandem addidit:

Lolium Tribulique fatigant

Triticeas messe et inexpugnabile Gramen.

Ideoque si illarum nulla adest causa, cur cereales plantae in incremento suo retardentur; tunc demum immixtae accusandae erint, et de earum extirpatione cogitandum. Quod nullo alio modo certius feliciusque fieri poterit, quam si partim mixta inter se semina sollicite separemus et cerealia sola seramus, partim ne aliena in agrum deferantur, et ea, quae iam illum occuparunt, progerminent, omni modo prae-

cauea-

y) Metamorph, Libr. V. v. 45 seqq.



caueamus. Pro separatione vtebantur Veteres variis instrumentis, praecipue Ventilabro, Capistro, Pala, Vanno, vario modo constructis cribris, aliisque machinis, ^{a)} hisque depurationem satis commode fieri posse, negandum non est, modo sufficiens adhibeat cura; verum liceat omnis adhibeat opera, seminaque pura terrae mandentur, nihilominus tamen aliena frequenter se immiscent atque bene vegetant, et quo minus hoc ita fieri possit, omni saepe studio omnique arte adhibita impedire vix ac ne vix quidem semper possumus. Ab aere, imbris et ventis, ut ANAXAGORAS ^{b)} iam monuit, deferuntur semina, et prout hoc pacto herbas et arbusculas in ruderibus, antiquitate corrosis, murisque aedificiorum dirutis exoriri cernimus, ita etiam nouarum in agris propullulationem his mediis fieri posse, facile admittimus; alia etiam ab annuum illuuiionibus transuehuntur, et cum limo in agris relinquuntur, vt THEOPHRASTVS ^{b)} tradidit. Animalia quoque propagationi seminum fauent, dum illa vel iisdem transuentibus externe adhaerent, vel ore abrepta dispergunt, vel deglutita per anum dimitunt ^{c)}, et hoc modo copiose

^{a)} De quibus conf. Tract. nostra de Plantarum Semine Cap. IV. pag. 180 seqq.

^{b)} Notante THEOPHRASTO Hist. Plantar. Libr. III. Cap. 2. ed. Stapel. pag. 118.

^{c)} citato loco.

^{c)} De his modis copiosius egimus in Comment. de Plantarum Semine Cap. V. p. 276 seqq. Conf. etiam LINNAEI Diss. Oeconomia Naturae et Oratio de Telluris habitabili incremento, in Amoen. Acad. Vol. II. p. 18 et 449. item Philos. Botanica pag. 86 seqq. SCHREBERS Neue Sammlung Vol. I. p. 174. Forstmagazin Vol. II. p. 131. SCHABOL Gartenbau Vol. I. p. 512 seqq.

copiose cum fimo ^{d)}) in agrum transportantur. Praeterea etiam semina per multos saepe annos in terra quasi sepulta iacent, et si eius glebae, ex abditis quasi visceribus petitae, in apricum collocantur, facile progerminabant.^{e)} Hoc vltimum autem magis vtile erit, quam noxiū, nunc enim illa planarum semina, quae in agro propriū habuerunt domicilium, et laete hactenus vegetarunt, ex eodem relegantur, ampliusque non prouenient,^{f)} sed aliae in earum locum succedunt plantae, et si etiam hae alienae fuerint, tamen nec adeo copiose,

^{d)} Cum hoc, inprimis si recens est, agris frumentariis aliena inferri semina, omnes consentiant agricultorae, et hinc sterlus, quod anno requieuerit, Seggetibus utile esse, nec herbas creare monuit PALLADIVS Libr. I. edit. Geln. p. 882. et COLVIMELLA Libr. I. c. 6. p. 407 scripsit: plurimus resert non adficato succo finum vires continere, et a fiduo macerari liquore, ut, si quae interiesca sunt frumentis aut paleis spinarum vel graminis semina, intereant, nec in agrum exportata segetes herbidas reddant. et Libr. XI. c. 3. pag. 765 commendauit in primis sterlus asinīnum, quia illud minimum herbarum creat.

^{e)} Exempla de Nicotiana, Daturae, Rhei aliarumque feminibus, quae per decem, viginti, immo plures annos in terra delituerunt et tandem progerminarunt, adduximus in Comment. de Semine C. III. p. 156 sqq.

^{f)} Eodem modo a peregrinis sc̄ inib⁹ purgare solent agricultorae, dum agrum et semina ferenda mutant, et nunc biennem, sive hyemalem frumenti speciem illi committunt agro, qui anteā annuam, sive aestiuam alioit, nunc etiam alia proſus eligunt semina, Papilionacearum praecipue, quippe quae volubili suo habitu erraticarum incrementum satis efficienter impediunt, easque penitus deſtruunt.



sae, nec adeo viuaces erunt; repetitis enim hisce fissionibus, repastinationibusque, vti CICERO^{g)} docuit, terra non soluni sit foecundior, sed semen aliunde allatorum germinatio quoque prohibetur; illorum autem, quae diu in terra latuerunt, acceleratur, et in posteriori casu commode, antequam cerealia seruntur, vel, vt OVIDIUS scribit:

ad huc tua messis in herba est.^{h)}

eradicari possunt; si enim Segetes ipsas, easque altiores iam factas, herbis inutilibus noxiisque auulsis, purgare, validiorisque incrementi plantas euellere vellemus, facile satarum quoque radices e loco mouere, vel alio modo laedere, immo simul prorsus extirpareⁱ⁾ possemus. Praeterea haec operatio, quam Runcationem appellant veteres, in illis modo plantis adhiberi poterit, quarum radices annuae sunt, perennes alia longe ratione destruendae potius, quam euellendae erunt. Pro hoc scopo frequentem partim arationem^{k)} quoque commendarunt,

g) De Senectute Cap. XV. Huc quoque spectat OVIDII monitum: Trist.

Libr. V. El. 12. v. 23.

*Fertilis assiduo si non renouetur aratro
Nonniſi cum spinis gramen habebit ager.*

h) Heroides Epist. 17. v. 263.

i) Vti Saluator praecepit Matth. Cap. XIII. v. 29. ne forte colligentes Zizania, eradicetis simut cum illis Triticum, finite una crescere utraque usque ad messem et s. p.

k) Diuerso tempore institutam arationem praecipue laudauit COLVSELLA
Liber. XI. c. 3. p. 765 dum scriptit: *Curabimus, vt ager, quem vere conseri*

darunt, partim varia adhibuerunt instrumenta veteres, ut sunt Sarculi, Falces putatoria, Bidentes et alia, eorumque numerus aliis, recentiori tempore inuentis, auctus fuit,^{l)} ast et haec non semper sufficient, aliquando etiam magis obsunt, quam prosumt. Illud e. gr. a MUNDIO inuentum instrumentum, quod acutum quasi cuneum, vno laterali praeditum et baculo ligneo affixum representat,^{m)} ita quidem est comparatum, ut commode caulis a radice separetur, sine ipsius segregatis laesione, dum ope baculi e longinquo applicari possit, et sic vulnerata radix, si annua fuerit, facile peribit; herba vero abscissa, vno licet praesente, non tam facili modo intra segetes educi poterit, frequenter potius decidet, iuniores plantulas teget, iisdemque damnum inferre debet;ⁿ⁾ et perennes

D 2 nes

seri oportet, autumno pastinetur, quem deinde velimus autumno insti-
tuere mense Maio conuertemus, ut aut hiemis frigoribus, aut aestiu-
Solibus et gleba solutatur, et radices herbarum necentur; et in genere
scripsit CRESCENTIUS de Agricult. Libr. II. c. 20. pag. 78. *Iuncus,*
Gramen et *Filices* frequenti aratione vincuntur. Conf. et LÜDERS
Briefe über die Bestellung des Küchengartens I. Band p. 221.

- l) Varia eiusmodi describuntur in der Zugabe zu Gimelius Abhandl. vom Unkraute p. 223 sqq. in MUNDII Abhandl. LÜDERS Briefen über den Küchengarten, videlicet huius Libri Index, priori Tomo annexus. Conf. etiam Gött. Polizey-Nachr. 1756 p. 157. DU HAMEL Ackerbau Cap. XI. p. 81. HOMME Grundsätze des Ackerbaues Tom. V. p. 135 aliisque.
- m) Ein dünnes scharfes Eisen, 2 Zoll breit und 3 Zoll lang, an der einen Seite mit einem Haken versehen, und oben an einem dünnen Stecken befestigt, ita illud descripsit p. 63.
- n) Ita Ille p. 64: Die abgestochene Pflanze hebt man vermittelst des Hakens



nes radicēs, quocunque etiam modo in terra vulneratae dilacerataeque fuerint, rarissime destruuntur, detrunctas potius sese multiplicare, nouasque et copiosiores fibrillas emittere, DU HAMEL monuit.^{o)} Denique cum recensitis modis nec exterarum plantarum germinationem et incrementum impedire, nec earendem destructionem perficere possimus, alia adhuc et forte efficaciora remedia adhibuerunt Agricolae, atque varias terrarum species, Margam praecipue et Caleem, Cineres quoque, a Saponis præparatione residuos, commendarunt. Verum nec haec ubique conueniunt, et quod in hoc agro commode et cum fructū adhiberi potest, in altero facile nocebit, et quod huic plantarum speciei detrimentum adfert, alteri optimè conductet. Certe nisi plantas singulas earumque proprios quasi mores cognoscamus, votis nostris nunquam respondebit euentus. Tractationem hanc Specialem Sectione secunda exhibebimus.

kens zu sich heraus, oder lässt sie da liegen, wo sie denn bald vertrocknet und zu Staube wird.

o) Libr. vom Ackerbau p. 85.



D

DIS
SY

VI 216

5. + 24. Jan 2:20

23 = Z

39 = t.



TA → 2

vd 18

VD 77

I

04.2007 fd,



fedib
Honor

ui ho
nsuet
us, J
ffini
rimi
in Ar
Actui
Co
i, C
er int
iosissi

ergae

5
4
3
2
1

10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8

7

6

5

4

3

2

1

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289